

id speciale mandatum; Sac. Cong. Concil. apud Barbo-
sam loc. cit. num. 16.

60 Neque potest sine speciali commissione remittere
denuntiationes Matrimoniales; Sac. Cong. Conc. apud
Barbosam loc. cit. num. 19. Contrarium tamen cum
pluribus defendit Ventriglia loc. cit. num. 26. asserens,
quod verior, & magis communis opinio sit, quod id
possit sine speciali mandato, & sic cum aliis etiam
Pellegri. loc. cit. num. 38. & alii plures.

61 Neque pro Matrimonialium dispensatione potest
quidquam quamvis minimum, & sponte datum reci-
pere; Sac. Cong. Episcop. & Regul. in Surrentina 22.
Aprilis 1616. apud Barbos. loc. cit. num. 17. & Taxa
Innocentiana §. Nelle cause, & materie.

62 Neque de Jure potest sine speciali mandato In-
dulgentias concedere; arg. cap. Antecedentibus 12.
de excessibus Prælator. & ibi Pagnan. num. 17. cum
pluribus aliis, Card. Petra tom. 3. Comment. ad con-
stitut. 16. Alexandri IV. num. 26. Barbosa loc. cit. nu-
mer. 90. cum pluribus ibi allegatis; Vide verb. Indul-
gentia art. 2. num. 29.

63 Neque potest sine speciali commissione Interdicta
relaxare, sive ab homine, sive à Jure sint; Barbosa
cit. alleg. 54. num. 96. Sbroz lib. 2. quest. 185. nu-
mer. 2. cum seq. Pellegri. loc. cit. num. 39. & alii.

64 Neque potest sine speciali mandato dimissorias, seu
commendatias literas pro recipiendis Ordinibus sub-
ditis concedere, nisi Episcopo ita absente, & in re-
motis agente, ut nonnisi post longum tempus adven-
tus ejus speretur; cap. Cum nullius vers. Officialis,
§. Episcopo; ubi Glossa verb. In remotis, de tempo-
rib. ordinat. in 6. Pellegri. loc. cit. num. 44. Ven-
triglia loc. cit. num. 32. Barbosa part. 2. de offic. &
potest. Episcop. allegat. 7. cum 9. & cit. allegat. 54.
num. 97. & de Jur. ecclesiast. univers. lib. 1. c. 12.
num. 21. & plures alii apud ipsos.

65 Neque potest sine speciali concessione alium Vi-
carium substituere; Immo & cum speciali facultate subs-
tituendi, nec potest substituere, nisi concurrente legi-
tima causa, & ad modicum tempus; cap. Clericos,
de officio Vicarii, Glossa in cap. Romana 1. verb.
Ipsius, de officio Vicarii in 6. Pellegri. loc. cit. nu-
mer. 45. Ventriglia loc. cit. numer. 36. Barbos. cit.
allegat. 54. num. 9. & 10. cum Rota, & aliis pluri-
mis ibi citatis.

66 Neque potest sine speciali concessione absolvere à
casibus Episcopo reservatis, cum id non veniat in ge-
nerali commissione; cap. penult. de panit. & remissio-
nibus in 6. Pellegri. loc. cit. num. 43. Ventriglia
loc. cit. num. 30. Sbroz lib. 2. quest. 19. numer. 6.
Barbos. cit. alleg. 54. num. 116. & alii apud ipsos
notantes, quod quando datur hæc potestas, concedi
solet, ut alteri delegari possit.

67 Neque potest sine speciali concessione dispensa-
re in Irregularitatibus, & absolvere à suspensionibus
ex delicto occulto proventibus, ac ab aliis casibus
occulis Sedi Apostolicæ reservatis, sicuti potest Epis-
copus in vim Concilii Trident. sess. 24. de reform.
cap. 6. quia Concilium hanc facultatem non tribuit Vi-
cario Generali, nisi speciale commissionem ad hoc
habenti sive per seipsum, aut Vicarium ad id specia-
liter deputandum; Pellegri. loc. cit. num. 41. Ven-
triglia loc. cit. num. 29. Rebuff. in praxi benefic. de
forma Vicarii numer. 179. cum seq. Ugolia de potes-
tate Episcop. cap. 3. §. 7. numer. 2. vers. Postremo,
Suarez de censuris disp. 41. sect. 2. numer. 8. Barbo-
sa Juris ecclesiast. universal. lib. 1. cap. 15. nu-
mer. 24. & de offic. & potestat. Episcop. part. 2.
alleg. 39. num. 10. Reiffenstuel lib. 1. Decr. tit. 28.
num. 85. & alii apud ipsos.

68 Neque sine speciali mandato potest absolvere ab
excommunicatione Canonis. Si quis suadente diabolo 17.
quest. 4. in casibus Episcop. permissis, de quibus in
cap. De cetero 11. & cap. Ea noscitur 13. de sentent.
excomm. & cap. His quibus 30. de officio Ordinarii, ubi
D. Torres cum nuntiter, teste Pellegri. loc. cit. num. 42.

69 Neque sine speciali mandato cognoscere potest de

crimine hæresis; Decian. tract. criminal. tom. 1. l. 5.
cap. 21. num. 7. Sbroz lib. 2. quest. 161. numer. 4.
& 5. Covarrub. lib. 3. variar. resol. c. 20. numer. 3.
Barbos. cit. alleg. 54. cap. 85. Pellegri. loc. cit. nu-
mer. 30. Immo neque de licentia Episcopi potest ab-
solvere subditos in foro conscientie à crimine hære-
sis, quia hoc competit solum Episcopis vigore conces-
sionis Concilii Trident. sess. 24. de reform. cap. 6.
ibi: Eis tantum, non eorum Vicariis sibi permissum,
Cuccus Instit. Jur. Canon. de Episcop. n. 190. Sbroz
lib. 2. quest. 20. Barbos. loc. cit. numer. 86. Pellegri.
loc. cit. num. 30. & alii.

Neque voluntate puellæ habitum Regularem sus-
cipere, aut professionis votum emittere volentis explora-
re potest, ut experiatum an coacta, an seducta sit, &
an sciat quid agat? & cetera juxta dispositionem Con-
cilii Trid. sess. 25. de Regularibus cap. 17. Nisi ad hæc
specialiter sit deputatus, vel Episcopus sui absens, aut
legitime impeditus; Sbroz lib. 2. q. 208. Barbosa loc.
cit. num. 88. Pellegri. loc. cit. num. 32. & alii.

Neque potest causas restitutionis in integrum cog-
noscere, seu de eis disceptare, nisi ei specialiter com-
mittatur; Ita per text. in leg. Illud 25. §. 1. de Mi-
noribus tenent Sbroz lib. 2. quest. 35. numer. 4. San-
chez de Matr. lib. 2. disp. 40. numer. 12. in fine,
Barbos. loc. cit. num. 108. Ventrigli. loc. cit. num. 40.
Pellegri. loc. cit. num. 56. & alii.

Neque sine speciali mandato deferre potest jura-
mentum purgationis canonice; Speculator de Juridicis,
omnium Judicium vers. Secundum Canones; Bertachin.
de Episcop. tit. de Vicar. Episcop. num. 12. in fine.
Barbos. loc. cit. numer. 109. Sbroz lib. 2. q. 167. nu-
mer. 2. Pellegri. loc. cit. num. 57. Ventrigli. loc. cit.
num. 40. & alii.

Neque consentire potest, ut Metropolitanus, sive
alius cognoscat causas Clericorum in prima instantia,
omisso medio appellationis; Barbosa loc. cit. Ven-
triglia loc. cit. num. 40. Pellegri. loc. cit. num. 59. Ferret.
consil. 307. num. 1. Sbroz lib. 2. quest. 204.

Neque cognoscere potest de causa delegata Epis-
copo, nisi in rescripto addita sint verba illa: Sive ejus
Generali Vicario, Barbosa loc. cit. num. 111. Zerola
in praxi Episcop. part. 1. verb. Vicarius §. 21. dub. 5.
Campanill. in divers. Jur. canonic. Rubric. 1. c. 23.
num. 148. Pellegri. loc. cit. num. 60. Ventrigli. loc. cit.
num. 41. & alii.

Neque sine speciali mandato causas feudales cog-
noscere, & tractare potest; Card. in Clement. 1. nu-
mer. 19. de officio Vicarii, Sbroz lib. 2. q. 125. num. 3.
Barbos. loc. cit. num. 112. Ventrigli. loc. cit. num. 40.
Pellegri. loc. cit. num. 62. & alii.

Neque sine speciali mandato potest auctorare exem-
plum ex originali sumptum, ut eandem vim, & aucto-
ritatem cum originali habeat, cap. final. de fide ins-
trument. ubi: Coram Ordinario Judice, vel Delega-
to ab eo specialiter præsententur, per quem text. ita
ibi tenent Goffred. & Hostiens. Decian. resp. 24. nu-
mer. 44. volum. 2. Barbosa loc. cit. numer. 113. Ven-
triglia loc. cit. num. 40. Pellegri. loc. cit. numer. 63.
& alii.

Neque sine speciali commissione repræsentia conce-
dere potest; Barbosa loc. cit. numer. 114. Ventriglia
loc. cit. num. 40. Pellegri. loc. cit. numer. 61. Sbroz
lib. 2. quest. 167. num. 1. & alii.

Neque sine speciali mandato bona Clericorum con-
fiscare potest; Baldus in leg. Imperatores in fine ff.
de officio Præfeti Vigiliæ, Sbroz lib. 2. q. 158. num. 3.
Ventrigli. loc. cit. num. 40. Pellegri. loc. cit. num. 66.
& alii.

Neque sine speciali commissione penas corpora-
les in pecuniarias convertere potest; cap. Licet: ubi
Glossa, & DD. de panis, & cap. In Archiepisco-
pato, de Raptor. Pellegri. loc. cit. numer. 67. Ven-
triglia loc. cit. numer. 45. Barbos. loc. cit. numer. 120.
Rebuff. loc. cit. tit. De Forma Vicar. num. 44. cum se-
quentibus, & alii.

Neque sine speciali mandato potest condemnatum 81
reum

reum absolvere; Ripa in leg. Qui condemnare nu-
mer. 9. vers. Sed certe ff. de Re Judicat. Menoch. de
arbitrar. Judic. lib. 1. quest. 49. num. 28. Sbroz lib. 2.
quest. 38. num. 1. & quest. 156. num. 4. Barbosa loc.
cit. num. 118. Pellegri. loc. cit. num. 65. Sive, ut dicitur,
non potest gratiam facere, & indulgere delinquenti-
bus, nam id sapit liberalitatem, & non venit in gene-
rali mandato; Card. in Clementin. 1. num. 19. de officio
Vicarii, Rebuff. in praxi benefic. tit. de forma Vicariar.
Archiepiscop. n. 176. Sbroz lib. 2. quest. 38. n. 4. Ven-
triglia loc. cit. n. 46. Pellegri. loc. cit. n. 65. & alii.

Neque sine speciali concessione potest exercere po-
testatem detorandi, quam habet Episcopus ex privile-
gio; Secus si illi competet Jure communi; Sbroz
de Vicar. Episcop. part. 2. quest. 29. num. 8. Merrol.
opus. moral. 3. lib. disp. 7. cap. 6. dub. 16. nu-
mer. 164. & seq. Ventriglia loc. cit. num. 46. & alii.

Neque sine speciali commissione potest exequi pias
defunctorum voluntates; Bald. in leg. Nulli num. 8.
Cod. de probat. & in cap. Cum causis, de election.
Tiraquell. de privileg. pia causa privileg. 31. in fi-
ne, Sbroz lib. 2. quest. 49. numer. 2. & quest. 50.
num. 1. quest. 51. Barbosa loc. cit. num. 104. Pelle-
grin. loc. cit. num. 54. & alii.

Ad dignoscendum autem, an pro quibusdam casibus
habeat, vel non speciale mandatum? debet diligen-
ter inspicere, & attendi forma Vicariatus, seu instru-
mentum commissionis, quo quis institutus fuit Vi-
carius Generalis, ubi si habetur solita apponi clausula
generalis: "ad omnia, & singula faciendi, & com-
mittendi, etiam si majora fuerint, & quæ manda-
tum exigant speciale, prout ad ipsius Vicariatus,
& Officialium officium noscitur quomodolibet per-
tinere &c." tunc si Episcopus antea concessit, vel ex-
presserit aliquos casus speciale mandatum requirentes,
adjecta postmodum dicta clausula, poterit Vicarius etiam
alia facere, quæ requirunt speciale mandatum; dum-
modo non sint graviora, vel majora expressis, prout
in simili habetur decisum quoad Procuratores in cap.
Qui ad agendum 4. de Procuratoribus in 6. & Cle-
mentin. 2. de Procuratoribus, ac notat Glossa pluri-
bus adductis in cap. Licet 2. verb. Committantur, de
officio Archiepiscopi, Covarrub. lib. 1. variar. resolut.
cap. 6. num. 2. & lib. 2. cap. 5. num. 8. Sbroz lib. 1.
quest. 65. numer. 5. & quest. 67. numer. 3. Garcias
de benefic. part. 5. cap. 8. num. 68. Sanchez de Ma-
trimon. lib. 3. disp. 29. num. 8. Moneta de commutat.
ultim. volunt. cap. 5. numer. 479. Engel lib. 1. de
cretal. tit. 28. num. 10. Reiffenstuel ibid. numer. 89.
Barbos. loc. cit. num. 124. Pellegri. loc. cit. num. 71.
& alii notantes, non esse necesse, quod omnes su-
pradicti casus exprimentur in forma Vicariatus, seu in
instrumento commissionis, sed sufficere, quod aliqui
tantum exprimentur cum prædicta clausula: Ad om-
nia, & singula, &c. seu cum aliis simili, v. g. Et
omnia alia, licet mandatum exigant speciale, seu: Et
omnia alia, que ego possum, quomodo mandatum exi-
gant speciale; dummodo tamen, ut supra dictum est,
ipsa alia non sint graviora, vel majora expressis.

Vicarius Generalis non potest lucrari distribu-
tiones, nisi choro intersit, quia servit Episcopo, & non
Ecclesiæ, ut Vicarius Capitularis; Rota decis. 222.
num. 5. part. 2. diversarum, etiam si ab immemorabi-
li tempore servatum fuerit, ut debeantur, ut deci-
sum refert Garcias in addit. ad cap. 2. num. 353. cum
seq. part. 3. de benefic. & Pellegri. loc. cit. sect. 4. sub
sect. 4. n. 9. Vide verb. Distributiones art. 2. n. 2.

Vicarius Generalis non potest absolvere etiam cum
reincidentia occasione infirmitatis, seu simili cause
à censuris incurris ab violatam immunitatem; & li-
bertatem, ac Jurisdictionem ecclesiasticam, & acriter
reprehenditur ob absolutionem datam Ministris Au-
dientie Regiæ censuratis simili de causa; Sac. Congr.
Immun. in una S. Marci 13. Decemb. 1633. lib. 2. de-
cret. Paulic. pag. 180. & in Squillacen. 20. No-
vemb. 1640. lib. 3. decret. Paulic. pag. 135.

Attamen eidem datur aliquando facultas absolven-
di Violatores prælatos; Sac. Cong. Immun. in Apru-
tina 25. Maji 1694. lib. 1. decret. Vallemant pag. 125.

Et etiam aliquando datur facultas eidem subdele-
gandi pro conferenda absolutione; Sac. Cong. Immun.
in Viterbien. 9. Junii dicti an. & lib. pag. 128.

Emolumenta Vicariatus debentur Vicario pro tem-
pore suæ absentie ex causa defensionis Immunitatis
ecclesiasticæ, dempta parte debita substituto pro rata
laboris taxanda ab Episcopo; Sac. Cong. Immun. in
Majoricen. 27. Septembris 1661. lib. decretor. Rocci
pag. 361.

Vicarius Generalis, si non adsit justa causa, &
demeritum, non est removendus per Archiepiscopum
ab officio; Sac. Cong. Immun. in Brundusina 7. Ju-
nii 1633. lib. 2. decret. Paul. pag. 158.

Quando vero Vicarius Generalis est scandalosus, 91
injungitur Episcopo, ut ipsum removeat; Sac. Cong.
Immun. in Aceren. 1. Octobr. 1669. lib. 1. decret.
Altov. pag. 406.

In locum Vicarii suspecti in causa detentorum 92
prætenso homicidio, Episcopus deputat aliam perso-
nam idoneam non suspectam; Sac. Cong. Immun. in
Aversana 8. Octobr. 1647. lib. decr. Rocci pag. 37.

Procedere debet auctoritate sua ordinaria ser. ser. 93
contra Violatores Immunitatis; Sac. Cong. Immun. in
Averran. 4. Septemb. 1638. dict. lib. pag. 53.

Vicarius Collegii Græci potest procedere pro de-
fensione Immunitatis, & Jurisdictionis ecclesiasticæ,
licet non possit se ingerere in concernentibus extrac-
tionem, vel absolutionem; Sac. Cong. Immun. in Mi-
liten. 23. Martii 1638. lib. 3. decret. Paulic. pag. 57.

Vicarius data præventionis curiæ ecclesiasticæ pro-
cedere potest ser. ser. contra Judicem laicum, si in
dicta causa procedat ad descriptionem honorum; Sac.
Congr. Immun. in Derionen. 10. Septemb. 1652. lib. 4.
dec. Paulic. pag. 197.

Eidem injungitur, ut procedat contra Executores 96
curiæ laicalis, qui tentant violenter extrahere ab
Ecclesia confugitos, eosque percusserunt; Sac. Cong.
Immun. in Sutrina 20. Aug. 1695. lib. 1. decret.
Vallem. pag. 210.

Injungitur Vicario, ut se absteat à permissione 97
examinandi testes in loco Immuni in causis crimina-
libus; Sac. Cong. Immun. in Laudan. 26. Maji 1632.
lib. 2. decret. Paul. pag. 127.

Vicarius tamen Generalis cum facultate Sanctissi-
mi examinat mulierem existentem in Conservatorio;
Sac. Cong. Immun. in Favent. 6. Decemb. 1692. lib.
decret. Vallem. pag. 9.

Vicario Generali injungitur, ut attenda absentia 99
Episcopi, redeat quam primum ad suam residentiam;
Sac. Cong. Immun. in Bitonten. 27. Febr. 1703. lib.
decr. Vallem. pag. 476.

Vicarius bene agit non parendo literis ad audien-
dum verbum Regium; Sac. Congr. Immun. in Cata-
cen. 21. Septemb. 1633. lib. 2. decr. Paul. pag. 171.

Idem respondeat literis regiis se procedere aucto-
ritate sua ordinaria ad defensionem Immunitatis eccle-
siasticæ sibi à Sacra Cong. demandatam; Sac. Congr.
Immun. in Bovinen. 27. Febr. 1658. lib. decr. Rocci
pag. 63.

Idem ob inobedientiam, & transgressionem man-
datorum Sanctissimi de non discedendo ab Urbe Nea-
polis, & de non relinquendo exercitio sui Vicariatus
ex quacumque causa, etiam positis quibuscumque mi-
nis, & præceptis Ministrorum laicorum in contrarium
de ordine Sanctissimi à Nuntio auctoritate sua ordi-
naria condemnatur in penam suspensionis ab exerci-
tio Ordinum, & inhabilitatis ad dignitatem, beneficia,
& officia ecclesiastica cujusvis generis, quocumque lo-
co, à quibuscumque & quomodocumque posterum
obtinenda sub pena excommunicationis Summo Pon-
tifici reservatæ, & quousque Sanctitati suæ placuerit;
Sac. Congr. Immun. in Neap. 25. Maji & 19. ac 30.
Junii 1660. lib. decr. Rocci pag. 257. & 259.

Injungitur Vicario Generali ordinanti, & scanda- 103
lo-

BIBLIOTECA CENTRAL

103 Iose assistenti extractioni Canoniorum à loco immuni, ut accedat ad Urbem, & se iustificet, quatenus vero non iustificet, inhabilitatur ad officia; Sac. Cong. Immun. in *Morale*. 2. Septemb. 1681. lib. 2. decr. Alt. pag. 2250.

104 Vicarius Nullius Orbetelli nequit extrahere confugitum ab ecclesia, cum non possit hoc præstare Ordinarii Episcopis inferioribus; Sac. Cong. Immun. in *Nullius Orbetelli* 1669. lib. 1. dec. Alt. pag. 315.

105 Vicarius Generalis ob extractionem à se ordinatam furum à loco immuni incidit in censuras, & prævia abolitione actorum suæ Curie, conceditur ut absolvat privatim; Sac. Cong. Immun. in *Recinaten seu Lauretana* 26. Maji 1696. lib. 2. decr. Vallem. pag. 25.

106 Vicarius Generalis ordinans carcerationem Parochi in loco immuni suspenditur ab officio arbitrio Sacra Cong. Eadem Sac. Cong. Immun. in *Albanen*. 12. Septemb. 1684. lib. 3. decr. Alt. pag. 563.

107 Verum si habeat facultatem à Sanctissimo extrahendi ab ecclesia, potest ad simplicem correctionem extrahere militem delinquentem, & in carceribus retinere pro aliquo modico tempore; Sac. Cong. Immun. in *una Nullius Orbetelli*. 21. Junii 1644. lib. 3. dec. Paul. pag. 230.

108 Aliquando etiam de mandato Sanctissimi datur Vicario Generali facultas extrahendi ad annum; Sac. Cong. Immun. in *Neapolitana* 19. Maji 1703. lib. 3. decr. Vallem. pag. 490.

109 Vicarius Generalis Canonici ob datam Gubernatori regni Corsicæ facultatem extrahendi confugitos à quacunque ecclesia, & etiam carcerandi quoscunque incestuosos, etiam ecclesiasticos, eosque nomine ecclesie custodiendi, & cogendi ad solutionem condemnationum ipsius factarum ab ipso Vicario, acriter puniuntur de mandato Sacra Cong. ut sequitur.

I. Prævia suspensione à divinis, & à perceptione fructuum Canonici; Sac. Cong. Immun. in *Segonen*. 24. Februarii 1690. lib. decr. Martelli pag. 567.

II. Deinde in honorem festivitatis Nativitatis D. N. Sacra Cong. permisit Episcopo illum reintegrare ad exercitium Ordinum per duos menses, & informet an fructus ejus Canonici fuerint sequestrati; Item si, & quæ damna passi fuerint extracti vigore dicte facultatis ab eo concessæ; Sac. Cong. Immun. in *eadem* 19. Dec. dicti anni, & lib. pag. 701.

III. Et cum postea idem supplicasset reintegrari, Sac. Cong. respondit: Satisfacta parte de damnis coram Episcopo liquidandis, eundem reintegret ad Ordines cum inhabilitate exercendi munus Vicarii in quacunque diocesi; Sac. Cong. Immun. in *eadem* 11. Dec. emb. 1691. lib. decr. Grimaldi pag. 58.

IV. Tandem habito novo recursu pro gratia, allegata præsertim ejus decreta. ætate, Sacra Cong. pronuntiavit: Facto deposito arbitris, & præstita cautione in Urbe de reficiendis damnis liquidandis coram D. Ponente, reintegretur ad Ordines, & fructus Præbende, firma remanente inhabilitate ad officium Vicariatus; Sac. Cong. Immun. in *eadem* 23. Decembris 1692. lib. 1. dec. Vallem. pag. 14.

110 Contra Vicarium Generalem, qui habuit reitutum ad Protegem pro delegatione Judicis laici contra Clericos, à quo carcerati fuerunt, Episcopus Neoc. tamquam Delegatus, & uti vicinior procedat ad ulteriora, & transmitat; Sac. Cong. Immun. in *una Nullius S. Euphemie* 2. Junii 1693. ibi pag. 50.

111 Vicarius Generalis Episcopi uxoratus mandans carcerationem ecclesiastici consulari conscientie suæ, & carceratio non sustinetur; Sac. Cong. Immun. in *una Civitatis Castellæ* 19. Novembris 1680. lib. 2. decr. Alt. pag. 289.

112 Vicarius Generalis satisfacta parte, absolvat juxta suas ordinarias facultates committentes homicidium in loco immuni auctoritate privata; Sac. Cong. Immun. in *Cariaten*. 1. Octob. 1669. lib. 1. decr. Aitov. pag. 406.

113 Bidem datur facultas perquirendi, & extrahendi ab ecclesia, & à domo Plebani, & à quocunque alio loco immuni (exceptis monasteriis Sanctimonialium)

libros, ac mobilia ibi transfugata in aliorum præjudicium, ac res futo sublatas; Sac. Cong. Immun. in *Faventina* 6. Decemb. 1692. lib. 1. decr. Vallem. pag. 9. & in *Camarinen*. 17. Dec. dicti anni, & lib. pag. 11.

Injungitur eidem, ut abstineat à cognitione cause contra filium Cancellarii Episcopalis; Sac. Cong. Immun. in *Ariminen*. 6. Junii 1662. lib. decr. Rocci pag. 402.

Amplissima est materia hujus articuli, ut de ea pro dignitate agere haud patientur angusti limites Additionum. Satis sit indicare, qui de ipsa accurate præ ceteris disserit; Vide clarissimum Ducasse in *prax. Jurisdiction. ecclesiasticæ. voluntar. & contentios.* In priori tomo agit doctissimus hic Auctor de voluntaria jurisdictione Vicarii Generalis, & in posteriori tomo de contentiosa ejusdem jurisdictione, & quidem meo judicio doctissime. ¶

ARTICULUS III.

Quoad ea, quæ concernunt locum, præcedentiam, & modum, quo expirat Vicarii Generalis Jurisdictio.

SUMMARIUM.

- 1 **L**ocus Vicarii Generalis debet esse secundum consuetudinem Ecclesie.
- 2 Vicarius Generalis non potest Sedem arbitrio suo sibi præparare.
- 3 Stallum primum chori licet habere debeat Vicarius Generalis, non propterea dicitur occupare stallum, seu locum dignitatum, vel Canoniorum.
- 4 Locum primum chori si occupaverit Vicarius Generalis, quomodo sedere tunc debeant dignitates remissive.
- 5 Locum Episcopi absentis occupare non licet Vicario Generali.
- 6 Capitulo, & Clero præcedit Vicarius Generalis.
- 7 Locum primum supra omnes dignitates, absente Episcopo, habere debet Vicarius Generalis, non obstante consuetudine.
- 8 Præcedentia supra dignitates, & Canonicos etiam Protonotarios danda est in processionibus Vicarii Generalis in habitu Vicarii incedenti.
- 9 Canonicis omnibus, tam in processionibus, quam in sessionibus præcedit Vicarius Generalis.
- 10 Præcedentiam habere intendens Vicarius Generalis Canonici, debet habitum canonicalem dimittere.
- 11 Habitu suo ordinario non debet incedere Vicarius Generalis inter Canonicos paratos.
- 12 Distributiones quotidianas non lucratur Vicarius Generalis Canonici, nisi sedeat in proprio stallo, & cum habitu canonicali ad num. 13.
- 14 Distributiones si lucrari velit Vicarius Generalis Canonici, debet stare, vel sedere, & incedere in suo loco canonicali.
- 15 Distributiones, quæ dantur interessentibus processionibus, non lucratur Vicarius Generalis Canonici, nisi incedat in habitu canonicali.
- 16 Canonicis pluviali, planetis, aut aliis sacris paramentis juxta cujusvis Ordinis gradum induti, non præcedit Vicarius Generalis Canonici.
- 17 Canonicis non paratis, ut in adoratione crucis, præcedit Vicarius Generalis Canonici, & debet habere digniorem locum immediate post celebrantem.
- 18 Dignitatibus, & Canonicis paratis non præcedit Vicarius Generalis, quacunque contraria consuetudine non obstante.
- 19 Canonici assistentes Episcopo celebranti præcedunt Vicario Generali.
- 20 Ceram, & distributiones non lucratur Vicarius Generalis Canonici in funeralibus, qui cum Canonici in suo loco non incedit.
- 21 Candelam accipere non debet Vicarius Generalis, præsentem Episcopo, in die Purificationis ante Canonici, vel dignitatem, qui Episcopo ministravit.
- 22 Thurificandus est duplici aqua Vicarius Generalis

- 23 **V**icarius Generalis thurificandus est, & accipere debet candelam, palmam, & cineres, & adorare crucem ante, vel post Capitulum juxta Ecclesie consuetudinem.
 - 24 Gubernatori civitatis in temporalibus debet semper in omni loco præcedere Vicarius Generalis.
 - 25 Potestatibus, & Commissariis omnibus in sua diocesi debet semper præcedere Vicarius Generalis.
 - 26 Commissario ubique, & in omnibus loco debet præcedere Vicarius Episcopi.
 - 27 Vicarii Generalis Jurisdictio expirat; Primo per propriam ipsius renunciationem expressam, vel tacitam.
 - 28 Secundo expirat per remotionem, seu revocationem ipsius ab Episcopo factam.
 - 29 In tali remotione est semper habenda ratio honoris ipsius, unde faciendæ est cum magna circumspectione, & cum gravi, & justa causa.
 - 30 Prima ex justis causis removendi Vicarium Generalem est, si de ipso audiantur multe querelæ.
 - 31 Secunda, quando non bene gubernat.
 - 32 Tertia, si irreverenter scribat ad Sacram Congregationem.
 - 33 Quarta, si Eminentissimos Cardinales non magnificat.
 - 34 Quinta, si careat circumspectione, & prudentia.
 - 35 Sexta, si excommunicatus existat.
 - 36 Septima, si mandatis Sacra Congregationis non obediat.
 - 37 Octava, si sit oriundus ex eadem civitate, vel diocesi.
 - 38 Nona, si sit Regularis.
 - 39 Tertio expirat Jurisdictio Vicarii Generalis per mortem naturalem Episcopi.
 - 40 Valent tamen gesta à Vicario ignorante mortem Episcopi longe distantis, si ignoretur etiam ab aliis communit.
 - 41 Quarto expirat per translationem Episcopi ad alium Episcopatum.
 - 42 Quinto expirat per depositionem, vel relegationem Episcopi.
 - 43 Sexto expirat per renunciationem Episcopatus factam ab Episcopo, & à Papa admittam.
 - 44 Septimo expirat per legitimum ingressum Episcopi in aliquam Religionem.
 - 45 Octavo expirat per capitulationem Episcopi.
 - 46 Nono expirat per excommunicationem, suspensionem, aut interdium Episcopi.
 - 47 Adit. alienæ inseruntur.
- 1 **L**ocus Vicarii Generalis debet esse secundum consuetudinem ecclesie, quæ non est mutanda; Sac. Cong. Rit. in *Alexandrina* 15. Martii 1628. in respons. ad 3. dub. apud Barbosam in *Summa Apostol. decision. collectan.* 714. num. 1.
- 2 Vicarius Generalis non potest Sedem arbitrio suo sibi parare, sed debet sedere in Sede solita pro Vicariis assignata; Sac. Cong. Rit. in *Neritonem*. 6. Maji 1606. apud Barbosam loc. cit. num. 2. & Ventriglia tom. 2. adnot. 14. §. 2. num. 7.
- 3 Vicarius Generalis licet sedeat in stallo chori, in quo sedere debet prima dignitas, & habeat thuris, & pacis honorem ante omnes dignitates, & Canonicos, non propterea dicitur occupare stallum, sive locum dignitatum, & Canoniorum; Sac. Cong. Rit. in *Placentina* 19. Maji 1607. in responsione ad 4. dub. apud Barbosam loc. cit. num. 3.
- 4 Vicario Generali occupante primum locum chori, & stallum Archidiaconi, quomodo sedere debeant dignitates in choro, ne Archidiacono præjudicium inferatur, Vide supra verb. Vicarius Apostolicus num. 30.
- 5 Vicario Generali non licet occupare locum Episcopi absentis, nec parare sibi sedem cum tapetis, & pulvino, sed idem debet esse ejus locus, absente Episcopo, quem illo præsentem habere consuevit; Sac. Cong. Rit. in *Brundusina* 16. Julii 1605. apud Barbosam loc. cit. numer. 5. & Ventrigliam loc. cit. numer. 7.

Vicarius Generalis præcedit Capitulo, & Clero; 6 Sac. Cong. in *Meliten*. 13. Julii 1619. apud Barbosam loc. cit. num. 6.

Vicarius Generalis, absente Episcopo, debet habere primum locum super omnes dignitates, & Canonicos, non obstantibus consuetudine, aliisque in contrarium; Sac. Cong. Rit. in *Andrien*. 7. Aug. 1610. & in *Ferrarien*. 20. Decembris 1614. apud Barbosam loc. cit. num. 7.

Vicario Generali habitu Vicarii in processionibus incedenti danda est præcedentia super omnes dignitates, & Canonicos, & etiam super illas dignitates & Canonicos, qui habitu Protonotarii incedunt; Sacra Cong. Rit. in *Brundusina* 16. Julii 1605. apud Barbosam loc. cit. num. 8.

Vicarius Generalis debet præcedere omnibus Canonici, tam in processionibus, quam in sessionibus; dummodo Canonici non incedant parati; Sac. Cong. Rit. in *Egitanien*. 3. Augusti 1608. in resp. ad 3. dub. & in *Civitatis Pennæ* 12. Apr. 1603. & in *Lauretana* 6. Decembris 1603. & in *Tiburina* 6. Martii 1610. apud Barbosam loc. cit. num. 9.

Vicarius Generalis Canonici, cum sedet uti Canonici, debet sedere in loco suæ receptionis, & in habitu canonicali; Si vero velit præcedere uti Vicarius, debet habitum canonicalem dimittere; Sac. Cong. Rit. in *Compostellana* 4. Februarii 1600. & in *Vulturnen*. 11. Aprilis 1601. apud Barbosam loc. cit. num. 10.

Vicarius Generalis in habitu suo ordinario non debet incedere inter Canonicos paratos, nec eis præcedere; S. Cong. Rit. in *Camerinen*. 14. Junii 1608. & in *Casalen*. 5. Julii 1614. apud Barbosam loc. cit. num. 11.

Vicarius Generalis debet habere primum locum ante Capitulum, Canonicos, & dignitates, tam præsentem, quam absente Episcopo; Si autem sit Canonici, debet sedere in proprio stallo, & cum habitu canonicali, aliis non lucratur distributiones quotidianas; Sac. Cong. Rit. in *Egitanien*. 10. Decemb. 1601. & in *Surrina* 1. Octob. 1616. & in *Ortana* 5. Aprilis 1620. & in *Gallipolen*. 21. Decembris 1613. apud Barbosam loc. cit. num. 12.

Vicarius Generalis præfertur Diacono, & omnibus Canonici, nisi ipse simul sit Canonici, quia tunc sedere debet in suo stallo canonicali, si distributiones quotidianas lucrari velit; S. C. Rit. in *Nolana* 8. Julii 1602. & in *Civitatis Pennæ* 12. Aprilis 1603. & in *Compostellana* 21. Febr. 1604. & in *causa Candidæ* 7. Aug. 1610. apud Barbosam loc. cit. num. 13.

Vicarius Generalis Canonici, præsentem Præposito suo Principali, & in omnibus actibus Capitularibus, & quodcumque distributiones quotidianas lucratur, debet stare, vel sedere, & incedere in suo loco canonicali: absente vero Præposito, tamquam Vicarius Generalis in primo, & digniori loco; Sacra Cong. Rit. in *Alinen*. Nullius 4. Mar. 1606. apud Barbosam loc. cit. num. 14.

Vicarius Generalis Canonici, sive beneficiatus debet sedere in loco suæ receptionis, & cum habitu canonicali, sive beneficiati, ut lucratur distributiones, & quando vult præcedere Canonicis, seu beneficiatis, debet habitum canonicalem, seu beneficiati dimittere, & non potest percipere distributiones; S. Cong. Rit. in *Calaguritana* 2. Augusti 1603. Nec lucratur distributiones, quæ dantur interessentibus processionibus, nisi incedat in habitu canonicali; Sac. Cong. Rit. in *Compostellana* 21. Febr. 1604. & in *Brundusina* 16. Julii 1607. apud Barbosam loc. cit. num. 15.

Vicarius Generalis, licet etiam ipso Episcopo præsentem in ecclesia, choro, processionibus, synodo, & aliis publicis, & privatis actibus Canonici, & dignitatibus præcedere debeat; tamen hoc intelligitur, quoties Canonici, & dignitates hujusmodi in habitu canonicali, etiamsi cappa, & rochetto utantur, stare aut incedere consueverunt, non autem si pluviali, planetis, aut aliis sacris paramentis juxta cujusque Ordinis gradum sint induti, proat in distributione candelæ.

BIBLIOTECA CENTRAL

- delarum in die Purificationis, & in receptione cinerum feria quarta cinerum, & similibus diebus, quibus Episcopus solemniter celebrare ex ritu ecclesiastico teneatur; tunc enim non decet, ut Vicarius, praesertim in suo quotidiano habitu existat, eisdem sacris vestibus paratis, sive stando, sive incedendo praecedat; Sac. Cong. Rit. in *Lauretana*, & *Nolana* 23. Martii 1602. & 6. Septembris 1603. & in *Tiburina* 6. Martii 1612. & in *Monopolitana* 7. Augusti 1628. apud *Barbosam* loc. cit. num. 16.
- 17 Vicarius Generalis licet praecedat omnibus dignitatibus, & Canonicis; tamen ratione paramentorum in distributione candelarum, & palmarum non debet habere locum digniorem, quam Canonicis parati: in adoratione vero crucis, & quandocumque Canonici non sunt parati, digniorem locum habet immediate post celebrantem, & similiter thurificandus est ante Canonicos, nisi sint parati, quia tunc post Canonicos est thurificandus; Sac. Cong. Rit. in *Placentina* 19. Maji 1607. in resp. ad 6. dub. in *Alexandrina* 15. Martii 1608. in resp. ad 1. dub. Et quod in adoratione crucis preferendus sit Vicarius Generalis ante dignitates, & Canonicos, censuit eadem Sac. Cong. Rit. in *causa S. Marci* 5. Martii 1633. apud *Barbosam* loc. cit. num. 17.
- 18 Vicarius Generalis non praecedat dignitatibus, & Canonicis paratis, consuetudine in contrarium non obstante; Sac. Cong. Rit. in *Lauretana* 6. Sept. 1603. & in *Casalen.* 5. Julii 1614. & in *Castellan.* 25. Septembris 1621. apud *Barbosam* loc. cit. num. 18.
- 19 Vicario Generali praecedunt Canonici sacris vestibus induti, qui assistunt Episcopo celebranti; Sac. Cong. Rit. in *Nepesina* 27. Feb. apud *Barbosam* l. c. n. 19.
- 20 Vicarius Generalis Canonici in funeralibus debet cum Canonicis in suo loco incedere, aliis non lucratur ceram, nec distributiones; Sac. Cong. in *Niceni.* 10. Maji 1604. apud *Barbosam* loc. cit. num. 20.
- 21 Vicarius Generalis, praesente Episcopo, in die Purificationis non debet accipere candelam ante canonicum, vel dignitatem D. qui Episcopo ministravit; Sac. Cong. in *Lucerina* 14. Maji 1608. in resp. ad 3. dub. apud *Barbosam* loc. cit. num. 21.
- 22 Vicarius Generalis non Prelatus, licet absente Episcopo, cum suo habitu ordinario cum subana & mantellico nigro sedet in choro in primo loco supra Canonicos, thurificandus est duplici, non autem triplici ductu thuribull; Sac. Cong. Rit. in *Nepesina* 14. Januarii 1617. apud *Barbosam* loc. cit. num. 22.
- 23 Vicarius Generalis thurificandus est, & debet accipere candelam, palmam, & cineres, & adorare crucem ante, vel post Capitulum juxta ecclesiae consuetudinem; Sac. Cong. Rit. in *Neocastren.* 16. Januarii 1607. & in *Alexandrina* 15. Martii 1608. apud *Barbosam* loc. cit. num. 23.
- 24 Vicarius Generalis in spiritualibus juxta ecclesiae laudabilem consuetudinem debet semper in omni loco praecedere Gubernatori civitatis in temporalibus, tam praesente, quam absente Episcopo; Sac. Cong. Rit. in *Ravennaten.* 28. April. 1607. apud *Barbosam* loc. cit. num. 24.
- 25 Vicarius Generalis debet praecedere omnibus Potestatibus, Commissariis, sive Judicibus temporalibus in sua diocesi existentibus; Sac. Cong. Rit. in *Nucerina Saxoferrati* 15. Maji 1601. apud *Barbosam* loc. cit. n. 25.
- 26 Vicarius Generalis Episcopi debet praecedere Commissario ubique, & in omni loco, tam praesente, quam absente Episcopo, non obstante consuetudine; dummodo non sit de gremio Capituli, & incedat in habitu canonicali; S. Cong. Rit. in *Reatina* 28. Maji 1616. & 19. Januarii 1619. & in *Terracinen.* 10. Augusti 1617. apud *Barbosam* loc. cit. num. 26.
- 27 Vicarii Generalis Jurisdicchio expirat: Primo per propriam ipsius renuntiationem expressam, vel saltem tacitam, ut si Vicarius diocesim sui Vicariatus egrediat, & in longinqua abeat animo non amplius revertendi, tunc enim tacite renuntiasse censetur; *Communit.*
- 28 Secundo expirat ejus Jurisdicchio per remotionem,

- seu revocationem ipsius ab Episcopo factam; Episcopus enim potest ad sui libitum, quotiescumque voluerit, Vicarium Generalem amovere, arg. cap. Omnis res, de *Regul. Juris*, ibi: *Omnia res per quas-cumque causas nascitur, per easdem dissolvitur*; Et sic Glossa communiter recepta in *Clement.* Et si principalis 2. verb. Per electionem, de *rescriptis*, ibi: *De Officiali, quem Episcopus ad nutum amovere potest.* (Vide verb. Solutio, legemque 40. tit. 13. p. 5.)
- In tali tamen remotione est semper habenda ratio honoris ipsius; Unde faciendum est cum magna circumspectione, & cum gravi, & justa causa; aliis reintegrari potest per Sacram Congregationem Episcoporum; Sic declaravit ead. Sac. Cong. Episcop. in *Spalaten.* 3. Julii 1601. & in *Tragurien.* 7. Sept. & 8. Octobr. 1649.
- Causa autem justa, pro quibus removeri potest Vicarius Generalis, sunt praesertim sequentes. Prima est, si de Vicario audiantur multae querelae; Sacra Congr. Episcop. in *Spalaten.* 5. Febr. 1601.
- Secunda est, quando non bene regit, & gubernat, nec certiores facit Sacram Congregationem de causis magni momenti in defectu, vel absentia Episcopi; Sac. Cong. Episc. in *Agrigeniten.* & in *Tranen.* 3. Decembris ejusdem anni.
- Tertia, si scribat irreverenter ad Sacram Congregationem, ejusque DD. Officiales; Sac. Congr. Episc. in *Reatina* 3. Sept. 1601.
- Quarta, si aliquem ex S. R. E. Cardinalibus ea, qua decet, reverentia non tractet; Sac. Congr. Episc. in *Savonen.* 19. Novemb. 1655.
- Quinta, si careat circumspectione, & prudentia, licet in reliquis idoneus esset; Sac. Cong. Episc. in *Placentina* 11. Sept. 1601.
- Sexta, si excommunicatus existat; Sac. Cong. Episc. in *Placentina* 18. Junii 1649.
- Septima, si mandatis Sacrae Congr. obedire renuat; Sac. Cong. Episc. in *Parma.* 17. Augusti 1645. & in *Asculana* 23. Aprilis 1649.
- Octava, si oriundus fuerit ex eadem civitate, vel diocesi; Sac. Cong. Episc. in *Ostien.* 28. Julii 1587. in *Spalaten.* 9. Martii 1593. in *Senogallien.* 10. Februarii 1598. in *Pistorien.* 19. Octobr. 1625. & in *Sutrina* 16. Novemb. 1640. (De iudicibus secularibus §. 15. *Auct. Acc.* 3. tit. 6. lib. 1. *Cast. Rec.* vid. etiam leg. 4. tit. 6. 3. tit. 5. (videtur contrarium asseri) lib. 3. numer. 10. tit. 2.)
- Nona, si sit Regularis; Sac. Cong. Episc. in *Justinopolitana* 16. Octobr. 1615. & in *Spalaten.* 12. Aprilis 1619.
- Tertio expirat Vicarii Generalis Jurisdicchio per mortem naturalem Episcopi, Vicarius enim eandem habet Jurisdiccionem cum Episcopo, idemque Tribunal; cap. Non putamus 2. de consuetudine in 6. cap. Romana 3. de appellacionibus in 6. cum similibus; adeoque, cessante per mortem naturalem Jurisdicchio Episcopi, cessat etiam illa Vicarii Generalis; quia, ut habetur in cap. Accessorium 42. de *Regul. Juris* in 6. *Accessorium naturam sequi congruit principalis.* (Vid. lit. A pag. 38. ex num. 1. ad 15. & lit. D pag. 104. ex num. 60.)
- Valent tamen gesta à Vicario ignorante mortem Episcopi longe distantis, si etiam talis mors ignoratur communiter ab aliis, quia error communis dat Jurisdiccionem; leg. Barbarius ff. de officio Praetoris; Et sic tenet *Sperell. decis.* 30. fori *ecclesiast.* num. 3. citans *Rotam decis.* 1. alias 46. de officio Vicarii in *nov. Sanchez* lib. 3. de *Matrimon.* disp. 22. num. 29. *Gratian. discept. Foren.* cap. 18. num. 50. *Barbosa cit. allegat.* 54. num. 152. *Reiffenstuel* lib. 1. decretal. tit. 28. num. 104. *Pellegr. de Vicario Gener. Episcop.* part. 1. sect. 2. sub sect. 6. num. 10. & alii passim. (Lit. C num. 37. pag. 244.)
- Quarto expirat Jurisdicchio Vicarii Generalis per translationem Episcopi ad alium Episcopatum; cum enim per translationem ad alium Episcopatum cesset Episcopi Jurisdicchio in primo episcopatu, ita eam cessat

- Jurisdicchio ipsius ibi Vicarii Generalis; Glossa in cap. Si propter 10. verb. Vacabant, de *rescriptis* in 6. & *communis Doctorum*, per textum in cap. Inter corporalia 2. & cap. Licet 4. de *translatione Episcopi*; Vide verb. Capitulum art. 3. num. 31.
- 42 Quinto expirat per depositionem, vel relegationem Episcopi. Tunc enim vacat ecclesia, & eligi debet Vicarius Capitularis, adeoque cessat Jurisdicchio Vicarii Generalis; Vide dict. verb. Capitulum art. 3. n. 55.
- 43 Sexto expirat Jurisdicchio Vicarii Generalis per renuntiationem Episcopatus factam ab Episcopo, & à Papa admissam, quia etiam in tali casu eligi debet Vicarius Capitularis; Vide *ibid.* n. 34.
- 44 Septimo expirat per legitimum ingressum Episcopi in aliquam Religionem; Vide *ibid.* n. 33.
- 45 Octavo expirat per captivatem Episcopi; Vide *ibid.* num. 32.
- 46 Nono expirat Jurisdicchio Vicarii Generalis, suspensa Episcopi Jurisdicchio per excommunicationem, suspensionem, aut interdictionem; cum enim eadem sit Jurisdicchio, idemque tribunal Vicarii, & Episcopi, cap. Non putamus 2. de consuetudine in 6. & cap. Romana 3. de appellacionibus in 6. cum similibus, cessante, seu suspensa Jurisdicchio Episcopi, cessat, & remanet suspensa etiam Jurisdicchio ipsius Vicarii Generalis; siquidem, ut habetur in cap. Accessorium 42. de *regul. jur.* in 6. *Accessorium naturam sequi congruit principalis*; Sic Glossa communiter recepta in cap. Romana 1. verb. Ipsius, de officio Vicarii in 6. recte subjungens, quod tunc audeundus sit Papa, ut provideat.
- 47 Et de praecedentia Vicarii Generalis non conveniunt Doctores. Vide *Manriq. Ferr. de praecedent. & praelat. ecclesiast.* q. 52. n. 2. & 3. Et quod notandum est, quisque pro sua opinione resolutiones allegat Sacram Congregationum. Id ex eo evenit, quod in obscuro est, an quae allegatur resolutio, innixa sit nude juris dispositioni, an peculiari illius ecclesiae consuetudini.
- 48 Mihi autem ea semper arrisit sententia, quod Vicarius Generalis in its actibus praecedentiam obtinere debeat super ipsas ecclesiasticas dignitates, in quibus ut Vicarius, in quibus ita non intervenit, nulla ipsi praecedentia debetur. Atque hinc quod si Vicarius Generalis sit Canonicus, & divinis officiis uti Canonicus interveniat, nullam obtinet praecedentiam ratione muneris Vicarii Generalis. Confert *Du Casse in praxi Jurid. voluntar. & contentios.* tom. 1. sect. 2. n. 1.
- 49 Dubitari vero contingit, an Vicarius Generalis in illis actibus, in quibus intervenit uti Vicarius Generalis, praecedentiam debeat obtinere praesente etiam Episcopo? Magis vero in hac questione variant Doctores. Affirmant *Pignatell. consult. canon.* 1. 3. *consult.* 64. num. 3.
- 50 Robustius *Rotæ olim Auditor in quodam suo voto* apud *Gratianum discept. foren.* cap. 3. num. 23. *Antonio de Pret. de Jurid. Episcop.* cap. 6. *fer. per tot. Loter. de re benefic. lib. 1. quest. 16. num. 65. Sbrozz. de officio Vicar. lib. 2. quest. 24. fer. per tot. Carol. Anton. de Luca ad Ventrigl. tom. 2. adnot. 14. §. 2. num. 1. Negant vero *Mench. consil.* 51. & 257. utrobique *fer. per tot. Marescot. variar. resolut. lib. 3. cap. 69. pariter fer. per tot. Adde etiam Ventrigliam tom. 2. adnot. 14. §. 2. num. 19. & plur. seq. Manrique Ferr. de praeced. & praelat. ecclesiast.* q. 52. n. 6. & 7.*

ARTICULUS IV.

Quoad differentias vertentes inter Vicarium Generalem, Capitularem, & Foraneum.

SUMMARIUM.

- PRIMA differentia inter Vicarium Generalem & Capitularem est, quod Vicarius Capitularis debet esse Doctor, si adsit: Vicarius autem Generalis potest aliquando esse non Doctor.
- FERRAR. BIBLIOT. TOM. X.

- 2 Secunda est, quod Vicarius Capitularis non potest ad libitum removeri; bene vero Vicarius Generalis.
- 3 Tertia est, quod Vicarius Capitularis non potest esse nisi unus tantum, secus autem Vicarius Generalis.
- 4 Quarta est, quod Vicarius Generalis potest constitui cum limitatione, Vicarius autem Capitularis non.
- 5 Quinta est, quod Vicarius Generalis potest esse quilibet externus, Vicarius autem Capitularis debet esse de gremio capituli.
- 6 Sexta est, quod Vicarius Generalis nequit exercere totam Jurisdiccionem Episcopi absque speciali mandato; bene vero Vicarius Capitularis absque speciali mandato capituli, ubi adest talis consuetudo.
- 7 Septima est, quod Vicarii Capitularis Jurisdicchio incipit post mortem naturalem, aut civilem Episcopi. Contra autem Vicarii Generalis Jurisdicchio per mortem naturalem aut civilem Episcopi finitur.
- 8 Octava est, quod Vicarius Capitularis continuat suam Jurisdiccionem, usque dum novus Episcopus capiat realem possessionem Episcopatus; non sic autem Vicarius Generalis.
- 9 Nona est, quod Vicarius Capitularis absens à choro lucratur distributiones, si ad id sit consuetudo, Vicarius autem Generalis non.
- 10 Decima est, quod Vicarius Capitularis nequit concedere licentiam erigendi nova monasteria, & conventus; bene vero Vicarius Generalis de speciali mandato Episcopi.
- 11 Undecima est, quod Vicarius Generalis, finito officio Vicariatus, non tenetur stare syndicatui, bene vero Vicarius Capitularis.
- 12 Aliae differentiae assignatae à Pellegrino asseruntur.
- 13 Vicarius Generalis differt à Vicario Foraneo: Primo quia à Vicario Generali non datur appellatio ad Episcopum; bene vero à Vicario Foraneo.
- 14 Secundo quia Vicarius Generalis potest esse Delegatus Papae, & Executor litterarum Apostolicarum; non sic autem Vicarius Foraneus.
- 15 Tertio quia Vicarius Generalis est in dignitate constitutus; Vicarius autem Foraneus non.
- 16 Quarto quia Vicarius Generalis habet Jurisdiccionem ordinariam; foraneus autem solum delegatam.
- 17 Quinto quia, ut alia taceantur, Vicarius Foraneus, nisi specialiter estimatur, dependet à Vicario Generali; & non est contra.
- 18 Vicarius Capitularis differt à Vicario Foraneo; primo quia Vicarius Capitularis habet Jurisdiccionem ordinariam; foraneus autem solum delegatam.
- 19 Secundo quia à Vicario Foraneo appellatur ad Vicarium Capitularem; & non est contra.
- 20 Tertio quia Vicarius Foraneus potest constitui, & removeri à Vicario Capitulari; & non est contra.
- 21 Quarto, quia Vicarius Capitularis tenetur, finito officio, stare syndicatui; foraneus autem non.
- 22 Quinto quia, ut alia taceantur, plurima potest Vicarius Capitularis, quo non potest Vicarius Foraneus.
- 23 Subnectuntur Supplementa Auctoris, ad n. 32.
- 33 Invenitur ex aliena manu.

PRIMA differentia inter Vicarium Generalem & Capitularem est, quod Vicarius Capitularis debet esse Doctor, si adsit, aliis electio est nulla, ut dictum est sub verb. Capitulum art. 3. n. 51. Vicarius vero Generalis potest aliquando esse non doctor, maxime quando Episcopus est Jurista, ut dictum est supra art. 1. n. 39.

Secunda differentia est, quod Vicarius Capitularis post electionem legitime factam non potest à capitulo ad libitum removeri, ut patet ex dictis sub verb. Vicarius Capitularis art. 1. num. 55. Vicarius autem Generalis potest ad nutum, & arbitrium removeri, quandocumque illi placuerit, ut conclusum est articulo antecedenti n. 28.

Tertia differentia est, quod Vicarius Capitularis non potest esse nisi unus tantum, ex dictis sub verb. Capitulum

BIBLIOTECA CENTRAL

tulum art. 3. n. 40. Vicarius autem Generalis potest esse non solum unus, sed & plures deputari possunt, ex dictis supra art. 1. à n. 8. ad 12.

4. Quarta differentia est, quod Vicarius Generalis potest constitui ab Episcopo cum limitatione, & sine limitatione, dando illi majorem, vel minorem facultatem, prout sibi placuerit, ut tenet communis Doctorum, & docet praxis, pateque ex dictis supra tot. art. 2. Vicarius vero Capitularis non, ut patet ex dictis sub verb. Vicarius Capitularis art. 1. n. 34. cum seq. & verb. Capitulum art. 3. à n. 58.

5. Quinta differentia est, quod Vicarius Generalis possit esse quilibet externus ad libitum Episcopi; immo tenetur Episcopus exterm eligere, ex dictis supra art. 1. n. 34. & 35. Vicarius autem Capitularis debet esse de gremio Capituli, si adit idoneus, ex dictis sub verb. Vicarius Capitularis art. 1. n. 26. & verb. Capitulum art. 3. num. 50.

6. Sexta differentia est, quod Vicarius Generalis nequit exercere totam jurisdictionem Episcopi absque speciali ejus mandato, ut patet ex supradictis art. 2. à num. 19. ad 84. & habetur expresse in cap. Licet 2. & cap. Cum in generali 3. de officio Vicarii in 6. Vicarius autem Capitularis statim ac est legitime electus, totam jurisdictionem Capituli exercere potest absque speciali ejus mandato, præsertim ubi talis viget praxis, & consuetudo, ut patet ex dictis sub verb. Vicarius Capitularis art. 2. n. 40.

7. Septima differentia est, quod Vicarii Capitularis jurisdictione incipit post mortem naturalem, aut civilem Episcopi, ut patet ex dictis sub verb. Vicarius Capitularis art. 1. à n. 1. ad 11. Contra autem Vicarii Generalis jurisdictione per mortem naturalem aut civilem Episcopi finitur, ut patet ex dictis art. antecedenti à n. 39. usque in finem.

8. Octava differentia est, quod Vicarius Capitularis continuat suam jurisdictionem usquequod novus Episcopus capiat realem possessionem Episcopatus, ex dictis sub verb. Vicarius Capitularis art. 1. n. 56. Vicarius vero Generalis non continuat eam usque dum novus Episcopus capiat dictam realem possessionem Episcopatus, sed solum usquequod translatio Episcopi ad aliam Ecclesiam admissa est in Consistorio etiam ante captam à novo Episcopo realem episcopatus possessionem, ut patet ex dictis sub verb. Vicarius Capitularis art. 1. n. 7. & sub verb. Capitulum n. 31.

9. Nona differentia est, quod Vicarius Capitularis, si sit Canonicus, lucratur fructus, & distributiones, etiam si choro non intersit, si ad id adit consuetudo, ut patet ex dictis sub verb. Vicarius Capitularis art. 1. n. 50. Vicarius autem Generalis, si sit Canonicus, non lucratur distributiones, nisi choro intersit, etiam si adit ad id consuetudo, ut patet ex dictis supra art. 2. n. 85.

10. Decima differentia est, quod Vicarius Capitularis nequit concedere licentiam erigendi nova monasteria, & conventus, ex dictis sub verb. Vicarius Capitularis art. 2. n. 66. Vicarius autem Generalis cum speciali mandato Episcopi id potest, ex supra dictis art. 2. n. 43. Quoad hoc tamen sunt hodie observandæ ultimæ dispositiones Apostolicæ allatæ sub verb. Conventus art. 1. per tot.

11. Undecima differentia est, quod Vicarius Generalis, finito officio Vicariatus, non tenetur stare syndicatui, ut expresse declaratum fuit à Gregorio XIII. in quadam constitutione directa Clero, & Communitati Tarentinensi, cujus præcisæ verba refert Barbosa. cit. alleg. 54. n. 183. ibi: "Statuimus, & mandamus, quod Vicarii, & Officiales, sive generales, sive particulares, etiam foranei nuncupati, per eundem Archiepiscopum, sive ejus per tempore successores in dicta Ecclesia Tarentina, sive ejus diocesi deputati, vel deputandi, ad aliquem syndicatum nullo modo teneatur, aut eidem sub quovis pretextu sint obnoxii." Et ratio est, quia, si ipsi erraverint, Episcopi statim providebunt, prout justum fuerit, ut declaravit Sacra Congreg. Episcoporum in Tarentina 20. Augusti 1601. & prius in Brundusina 13. Octobris 1502. apud Pellegrin. loc. cit. part. 1. sect. 2. sub sect. 6. num. 21. & sect. 4. sub sect. 4. n. 14.

Vicarius autem Capitularis, finito officio Vicariatus, tenetur stare syndicatui, & reddere rationem Episcopo successori, etiam si reddisset illam capitulo, & ab eo, seu à deputatis, vel syndicatoribus ipsius obtinisset liberationem, juxta dispositionem Concilii Tridentini session. 24. de reform. cap. 16. ibi: *Rationem exigat*; Et sic declaravit Sacra Congreg. Concil. 8. April. 1595. ad dict. cap. 16. sess. 24. de reform. Et sic etiam censuit Sacra Congreg. Episcoporum in Casanensi 13. Januar. 1600. & in Hydruntina 19. Maji 1623. Vide verb. Episcopus art. 6. n. 13. & 14.

Alias differentias assertit Pellegrin. cit. sess. 4. sub sect. 4. num. 10. 11. & 13. nempe quod Vicarius Capitularis salarium non conventum petere possit: non vero Vicarius Generalis. Quod Vicarius Generalis possit exequi literas Apostolicas directas suo prædecessori, sive Episcopo prædecessori Episcopi, qui illum constituit: Vicarius vero Capitularis non possit illas exequi. Quod Vicarius Capitularis non possit ex levi causa recusari suspectus: Vicarius autem Generalis possit; sed vide apud ipsum.

Vicarius Generalis differt à Vicario Foraneo; primo quia à Vicario Generali non datur appellatio ad Episcopum, ex dictis supra art. 1. n. 43. Bene tamen à Vicario Foraneo; Rota decis. 297. n. 3. part. 2. diversar. Garcias part. 5. de beneficiis cap. 8. num. 29. Barbosa cit. allegat. 54. num. 22. cum plurimis ibi citatis, & aliis passim, teste Reiffenstuel lib. 1. decretal. tit. 28. num. 18.

Secundo quia Vicarius Generalis potest esse delegatus Papæ, & executor literarum Apostolicarum, ut patet ex dictis supra art. 2. n. 10. Non sic autem Vicarius Foraneus, textu expresso in clementin. Etsi principalis 2. de rescriptis, ibi: *In officiali autem Foraneo... nequaquam hoc volumus observari*, junctio ejus summariorum, & Glossa communiter recepta ibidem verb. Foraneo.

Tertio quia Vicarius Generalis est in dignitate constitutus; Glossa in cit. clementin. Etsi principalis, verb. Episcopi, & verb. Foraneo, & communis Doctorum; Secus vero Vicarius Foraneus, nisi dignitas aliunde ipsi competat; Glossa loc. cit. verb. Foraneo & Doctores communiter.

Quarto quia Vicarius Generalis habet jurisdictionem ordinariam, ut patet ex dictis supra art. 2. n. 41. Vicarius autem Foraneus solum delegatam; Glossa in cit. clementin. Etsi principalis, verb. Foraneo, Rota decis. 3. de officio Vicarii. Garcias de beneficiis part. 5. c. 8. n. 29. & 34. Barbosa cit. alleg. 54. n. 22. cum pluribus ibi citatis, Reiffenstuel loc. cit. num. 21. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 29. n. 10. testans de communi.

Quinto quia, ut alia taceantur, Vicarius Foraneus, nisi specialiter eximatur, dependet à Vicario Generali, & non è contra, ut docet communis Doctorum, & patet in praxi.

Vicarius Capitularis differt à Vicario Foraneo; primo quia Vicarius Capitularis habet jurisdictionem ordinariam, & quidem ampliolem, quam Vicarius Generalis, cum succedat in omnem jurisdictionem competentem Episcopo de jure communi, ut patet ex dictis sub verb. Vicarius Capitularis art. 2. n. 1. Vicarius autem Foraneus solum delegatam, ex dictis supra n. 16.

Secundo quia à Vicario Foraneo appellatur ad Vicarium Capitularem, & non è contra; Communis, & certa.

Tertio quia Vicarius Foraneus potest constitui, & 20 removeri à Vicario Capitulari, & non è contra; Communis, ac certa.

Quarto quia Vicarius Capitularis tenetur stare syndicatui, & reddere rationem Episcopo successori, non sic autem Vicarius Foraneus, cum ipse Vicarius Foraneus, si erraverit, possit statim puniri, ac removeri à Vicario Capitulari, ut patet ex supra dictis n. 11.

Quinto quia, ut alia taceantur, plurima potest Vicarius Capitularis, quæ non potest Vicarius Foraneus, ut patet ex dictis sub verb. Vicarius Capitularis art. 2. per tot. & verb. Vicarius Foraneus.

* Vicarius Generalis in jurisdictione idem habet cum

Episcopo Tribunal, ita ut ab uno ad alterum non detur appellatio. Bened. XIV. de synodo diocæsana lib. 2. c. 8. num. 2. ut ex sacris canonibus jam adductis supra art. 1. num. 42. ad 44. Multa tamen nequit sine speciali mandato Episcopi; ideoque sine tali speciali mandato, nec potest synodum diocæsanam convocare. Idem ibid. n. 2. 3. & 4. Vide art. 2. supra per tot. ubi fise enumerantur ea, quæ potest, vel non potest Vicarius Generalis. Debet jubente Episcopo interesse synodo diocæsana: Et expedit ut Episcopus id velit; Idem ibid. lib. 3. c. 1. num. 2. 3. & 4. Non potest synodalis examinatoris munus exercere sub nomine appellativo Vicariatus; Idem ibid. lib. 4. cap. 7. n. 5. ex decreto Sacre Congreg. Concil. in Palæstrin. Parochialis die 19. Septembris 1745. quamvis in Thesaurio resol. referatur sub die 18. ejusdem anni; Vide r. 3. verb. Examen, Examinatores n. 25. ubi afferantur alia ad rem. Vicarius Generalis in Synodo sedet immediate post Episcopum, Idem ibid. lib. 3. num. 2. Nisi legitima consuetudo alteri faveat; Idem ibid. num. 3. Aut Dignitates & Canonici sacris vestibus induti assistant. Secus si Vicario consuetudo faveat, aut ipse etiam habitu Prælati sit indutus. Idem ibid. n. 4. ubi ad id plura scilicet & eruditè suo more adducit.

Vicarius Metropolitanus in Synodis Provincialibus antefertur Episcopis suffraganeis, ob auctoritatem, quam obtinet, & ratione personæ, quam representat; Bened. XIV. tom. 2. constit. 30. in fin. Cum à Nobis:*

¶ Si in capitulo non sit nisi unus Doctor, posse eligi Vicarium Capitularem non Doctorem, ne coarctetur libertas electionis, tradit Cardin. de Luca ad Concil. Trident. disc. 31. n. 10. & 12.

Ar doctrina hæc Cardinalis de Luca improbatâ fuit & quidem pluries à Sacra Congregatione Concilii interpretate rescribendo pro nullitate electionis in Vicarium Capitularem electæ de persona, quæ gradum Doctoris in publica Universitate haud fuerat assequuta, quando in capitulo aderat unicus Doctor, ut in Venusina Vicarii Capitularis 6. Augusti. 1702. in Acernen. Vicarii Capitularis 23. Febr. 1709. & in Alexanen. Vicarii Capitularis 17. Decemb. 1712.

"Et merito inquit Episcopus Riganiti de Prototot. Apostol. dissertat. 10. num. 31. & seq.) siquidem in jure prohibita solum est coarctatio illa, quæ fit ab inferiori à Papa aclante electores ad eligendas certas personas in individuo. At quando lex præscribit ut eligantur personæ habentes certas qualitates ad bonum publicum, & majorem Ecclesiæ utilitatem tendentes, non est proprie coarctatio, nec infringitur libertas electionis, si unus tantummodo adit inter eligendos, qui sit is qualitatibus præditus, ut bene perpendit Passerinus &c. Immo etiam Superiores, qui sint à Papa inferiores, posse in his terminis limitare electiones ad personas hujusmodi qualitatibus munitas, cum per eas haud lædatur jus sive eligentium, sive electorum, tradit idem Passerinus &c. exemplumque habemus in provinciis Regularium, in quibus viget alternativa quoad prælaturas, & officia: Si enim in provincia, quæ est in turno, unus tantum habilis existat ad consequendam prælaturam, aut aliud officium, is necessarius eligi debet, ut in Ordine Prædicatorum servatum fuisse sub Magistro Generali Rodulpho homine doctissimo, referunt Passerinus &c." ¶

VICARIUS PAROCHIALIS.

SUMMARIUM.

1. Vicarius Parochialis alius est perpetuus, & alius temporalis, seu amovibilis.
2. Vicarius perpetuus qualis sit.
3. Vicarius temporalis qualis sit.
4. Institutio Vicarii perpetui pertinet ad ordinarium loci, quamvis regulariter ea fieri debeat ad presentationem, seu nominationem rectoris principalis, sive illorum, quorum dignitati, vel capitulo, seu

monasterio ecclesia parochialis est perpetuo unita.

5. Non enim potest ab ordinario poni Vicarius perpetuus in monasteriis, quibus unita est parochialis, sed poni debet à superioribus eorum, prævio examine ipsius ordinarii.
6. Piana constituto id statuens habet locum etiam, quando Vicarie vacant in mense reservato, seu cadunt sub alia reservatione.
7. Vicarius perpetuus potest, & solet potissimum institui in parochialibus, quæ cathedræ, collegiata, vel alteri ecclesiæ, seu monasterio, aut collegio, vel aliis piis locis perpetuo unita, & annexa reperiuntur.
8. Sunt tamen plures casus, in quibus Episcopus nequit Vicarium perpetuum deputare. Primo quando beneficium est unitum, & annexum monasterio Regularium.
9. Secundo quando à tempore immemorabili uno facta fuit, ac ex tunc constat Vicarios fuisse ad nutum amovibiles, scientibus, & consentientibus ordinariis.
10. Tertio quando uno facta fuit per viam pacis, & concordia à Sede Apostolica approbata cum clausula, ut deserviri possit in hujusmodi beneficio per Vicarium ad nutum amovibilem.
11. Quarto quando pro bono pacis, & pro tollendis litibus, ac pro meliori beneficii servitio expedit per Vicarium ad nutum amovibilem ecclesiæ gubernari.
12. Quinto quando ex privilegio remunerationis causa concessio, beneficium est unitum cum clausula ponendi Vicarium ad nutum amovibilem.
13. Sexto quando ex privilegio Pontificio, post Tridentini decretum concessio, unitum est beneficium parochiale cum clausula instituendi Vicarium ad nutum amovibilem.
14. Vicario perpetuo debet assignari congrua portio de redditibus, fructibus, emolumentis, & proventus ecclesiæ incorporatæ monasterio, capitulo, universitati, & hujusmodi.
15. Talis congrua est taxanda arbitrio Episcopi, habito respectu ad qualitatem personæ, loci, & temporis, & reddituum ecclesiæ; dummodo non sit minor quinquaginta, nec major centum aureis pro quolibet anno.
16. Pro tali congrua assignari possunt solum illa emolumenta incerta, quæ habent quandam certitudinem, ut sunt decima frumenti, vini, olei, &c. Non autem emolumenta omnino incerta, ut sunt elemosinae altaris, funeralium, & similia.
17. Congrua tenet sufficienter assignari non potest minui, quamvis Vicarius electus, & deputatus diminutioni consentiat.
18. Vicarius perpetuus canonice institutus, est vere Beneficiatus.
19. Sicque Vicarius perpetuus habet verum titulum, & potest ad dictum titulum ordinari, neque potest removeri, & portione sua fraudari.
20. Immo nec potest removeri, vel portione sua fraudari, etiam si Rector principalis moriatur.
21. Hinc Vicarius perpetuus æquiparatur beneficio parochiali.
22. Unde sicuti non potest quis esse Parochus simul, & semel duarum Parochiarum, ita nec perpetuus Vicarius.
23. Item sicuti beneficium parochiale vacat ipso jure per alterius similis assequitionem; ita etiam dicendum est de Vicaria perpetua.
24. Item sicuti nemo potest conrequi beneficium Parochiale ante 25. annum incubatum; ita nec etiam Vicariam perpetuam.
25. Item sicuti de facto, si promotus ad beneficium parochiale infra annum non ascendat ad Sacerdotium, vacat ecclesiæ ipso jure; ita etiam Vicaria perpetua.
26. Item sicuti ceteri Parochi, tenetur Vicarius perpetuus rezidere in sua Vicaria.